

tur ligatura coccinea, quam vt ipse sensit, statim contrahit manum, locum dat alteri, vt prior exeat, ac primogenituram obtineat. Si propiori egressu inibat certamen cum fratre, cur modò adepto signo coccineo ita placatus quiescit, & libenter alteri permittit principatum? S. Iohannes Chrysofomus, D. Irenæus, ac Theodoretus per Zaram Christianos Gentiles, & per Pharos Iudæos interpretantur. Vnde ait D. Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 42. Signum coccineum passio Christi. Magno nisu concurrebat Zaram, seu populus Christianus, vt obtineret primas in habenda nota humilitatis passionis, ac mortis Christi: hac autem adepta ita placidi contentus est, vt nihil iam amplius curet, sed omnem primogenituram, principatum, ac maioratum contemnat, & libenter fratri relinquat, atque concedat.

Chrysof. Irenæus, Theodoret.

Irenæus. Fidelis in humilitate Christi prima.

66.

Luc. 19. Chrysol.

Christus non patitur, vt alius prior ipso crucem ascendat.

Chrysol.

67.

1. Corinth. 1.

Humilis in humilitate vult primas tenere.

Chrysol.

QVÆSTIO X.

Quare, cum Christus Dominus liberos nos ad se aduocet, tamen hic modò multa præcepta imponit?

Ad Christum veniamus, libertati vniuscuiusque committitur: ipse enim dicit: Si quis vult venire post me: ad se autem venientibus tria præcepta imponit, vt ex D. Gregorio notauimus in expositione: Abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Vt quisque ad Christum accedat, ac inter eius discipulos annumeretur, libertati vniuscuiusque relinquitur: at verò postquam Christo adhæret, eique nomen dedit, ad obseruantiam præceptorum illius scholæ tenetur, à quibus nec in minimo licet discedere. Libentius vnicuique est, cum altero amicitiam inire, at familiaritate inita ad amicitie iura, fœderaque tenetur.

68.

Libertas in amicitia contrahenda; obligatio in illius iure seruanda.

69.

Act. 9. Chrysol.

Chrysol. August.

Ad Ephes. 3. Ad Ephes. 4.

70.

Exod. 21.

Theodot.

Homo fit seruus liber, factus domini imperio subditur.

Matth.

Cum Paulus spirans minarum, & cædis in Christi discipulos pergeret in Damascum, apparuit ei Dominus in via dicens: Saul, Saul quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Act. 9. n. 4. Non dicit illi, inquit D. Chrysofomus, crede, vel suscipe fidem meam; sed tantum, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Quid mali, ait citatus Doctor, quod aut magnum, aut paruum tibi feci, quod hac facis? contra me, contraque meum mysticum corpus, scilicet Ecclesiam meam. Quæ verba tam benigne ei dixit Dominus Iesus, vt notant D. Chrysofomus, & D. Augustinus lib. 1. ad Simplicianum; vt ipse Saulus liberè, ac spontè à proposito discederet, ac desisteret, & se conuerteret, fidemque eius susceperet, atque in illam admirabilem vocem prorumperet: Domine, quid me vis facere? postea vero scribens ad Ephesios cap. 3. n. 1. ait: Ego Paulus vinculus Christi Iesu. Et cap. 4. n. 1. Ego vinculus in Domino. Si, o Doctor Gentium, ad Christum venire, interque eius discipulos recenseris, liberum tibi fuit, quomodo te ita vinxit ac colligauit tam strictè, vt dicat Ego vinculus in Domino? Vt ad Christum se conuertat, libertati eius relinquitur, vt ipse spontè se offerat, & dicat, Domine, quid me vis facere? At vero postquam in catalogo Discipulorum est adscriptus, iam multis manet & vinculus, & strictus, Vt Christi fidem coram regibus, & gentibus prædicet, corpusque suum in seruitutem redigat, ac alia familia faciat.

Mandabat Deus in Lege, quod emptus seruus septimo anno libertate donaretur. Quod si dixerit, Diligo dominum meum, non egrediar liber, dominus perforabit aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. Exod. 21. num. 5. Arbitrio serui relinquitur, vt à Domino suo exeat, excusso seruitutis iugo: tamen si sub illo manere voluerit, perforandæ sunt aures eius, vt admoneatur seruus, ait Theodoretus, perpetuæ obedientiæ, qua heri mandata excipere, & exequi debet. Sed sicut ei liberum extitit, sub domini sui esse dominio; cur etiam non erit illi liberum iussa ea adimplere, sed necessario suæ subiectionis symbolum portabit? Esse seruum, sit homini spontaneum; at verò postquam captiuitati se subiecit, ita propriam libertatem renuntiat, seque seruitutis legibus submittat, vt in perpetuum illis sit addictus, à quibus resiliere non valeat. Et erit ei seruus in seculum. Hocque publico sigillo, ac symbolo omnium oculis manifestet.

QVÆSTIO II.

Quare celestis beatitudo, cum sit alto Dei consilio disposita, dicitur inuenta.

Christus Dominus. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam, scilicet saluam in æterna beatitudine, ac gloria, vt est communis interpretatio. Ex quo insurgit difficultas: Quomodo ipsa æterna vita dicatur inuenta, cum sit alta, ac profunda mediocum sorte à Deo disposita, & ordinata? Vnde Paulus ad Ephes. 1. n. 5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ. Et idem n. 11. ait: Prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia, secundum consilium suum voluntatis. Cuius inscrutabilia secreta considerans ipse Paulus exclamat: O Altitudo diuinitiarum sapientia, & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius! Rom. 11. n. 3. Quomodo ergo beatitudo dicitur inuenta; quod enim inuenitur, veluti casu, ac fortuitò habetur.

73.

Ratio difficultatis.

Ad Ephes. 1.

Rom. 11.

74.

Abulcaif.

Dependitur vita temporalis, vt inueniatur æterna.

Anselm.

75.

Liberali, qua donat, videtur pauca.

76.

Genes. 18.

Pagninus, Chrysol.

Matth. 16. num. 25.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam.

VERSIONES.

Syracus. Quisquis enim voluerit seruare animam suam. Vatablus. Rursus; qui perdidit animam suam mea causa, inueniet eam. D. Paschas. 1. 8. In vitam æternam inueniet eam.

ALTER TEXTVS.

Marc. 6. n. 35. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, & Euangelium, saluam faciet eam. Luca 9. n. 24. Qui autem voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam.

EXPOSITIO II.

Proposit Dominus rationem, vt notat D. Paschasius lib. 8. in Matth. Cur homo se ipsum debeat abnegare, tollere crucem, ac Christum sequi Crucifixum. Qui enim, quicumque enim voluerit animam suam, hoc est se ipsum synecdoche partis nobilioris pro toto, vt explicat Abulensis quæst. 119. Vel animam suam, id est vitam suam, vt vul D. Thomas, siquidem anima principium est vitæ; Saluam facere in hoc mundo, dum mortificationem fugiens, voluptatibus, appetitibus, ac huius sæculi commodis indulget, Crucemque laborum, sibi à Deo datam abiicit, meamque fidem in persecutione denegat, ne moriatur, perdet eam in futuro sæculo æterna damnatione in gehenna.

71. Paschal.

Abulens. D. Thom.

72.

Paschal. Beata iactura corporis, qua recuperatur anima.

Qui autem perdidit animam suam propter me, seu, vt scribit D. Marcus, propter me, & Euangelium. Qui propter Christum, ac eius fidem in Euangelio explicatam, in persecutione pro eo moritur, vel eius amore se abnegat, mortificationem amplectendo, propriasque concupiscentias, ac appetitus restanando, inueniet eam, hoc est saluam faciet illam in æterna vita, ac beatitudine. Vnde exclamat D. Paschasius lib. 8. in Matth. O beatum damnium, & felix iactura, saluare nos vult cum detrimento anima & corporis, & esse sui similes nos hortatur. Quia ipse in Dei forma cum esset, usque ad mortem humilis factus est, & obediens.

Sylueira in Euang. Tom. 1. V.

L 3 aquan

aquam calidam, sed aquam offert buccellam panis, seu fragmen panis, qui tam largam rerum copiam disponebat? Abraham liberalitate, ac magnitudine praeclarus; ut liberalis, ampla, & ingentia praestabat; ut vero valde magnus, tantam rerum abundantiam deprimit, ac attenuat, veluti nihilum reputans. D. Chrysostr. ibi. Dicit Abrahamus, quae illis exhibiturus sit, extenuans res, & nihil esse vocans. Lippomanus inquit. Liberalis hospes attenuat verbis officij impensas.

Abraham ex- tenuat, quae det.

Chrysostr.

Lippoman.

77.

Recententur David à Nathan Propheta multa, & magna dona, quae Deus liberali manu illi contulit, & postea nomine ipsius Dei dicitur Davidi: Si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora 2. Reg. 12. num. 8. Ad quae verba ait Abulensis q. 4. Quod si ipse David indicaret in aliquo casu, illa esse parua, adiciam maiora. Ex quo mihi insurgit dubium, an Dei beneficia sint magna, vel parua, cur committitur David iudicandum? cur Deus sua infinita sapientia hoc non statuit, ac decernit? Ad quid Davidis sententia exquiratur? Multa, & ampla beneficia Davidi largitus est Deus; à Saul odio liberavit, ad coronam regni euexit, numerosa filiorum turba locupletavit, gloriosisque inimicorum trophaeis insigniuit; haec omnia ei à manu Dei erant concessa; & utpote dona propria, si ab ipfomet Domino appenderentur, quodammodo nostro dicendi modo, considerata sua celsitudine, ac magnitudine, suoque erga hominem eximio amore, non tam lata, & ampla censerentur: eligatur ergo David, cuius iudicio res committatur, qui eorum praecleara eminentiam veneretur; nam si mensurentur per immensam Dei largitatem, qui valde magnus, & mirabilis est in donis suis, aliquantulum parua, iuxta suam benefaciendi voluntatem, dicerentur.

Multa Dei dona pra magnitudine liberalitatis sue dicuntur parua.

Matth. 16. num. 26. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animae vero suae detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

VERSIONES.

Syriacus. Quid enim lucratur homo, si mundum vniuersum possideat, anima vero eius detrimentum patiat?

Vatablus. Quid enim profuerit homini, si totum mundum lucratus fuerit, animae vero suae iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam?

Arias. Quid enim iuuatur homo, si mundum vniuersum lucretur; at animam suam mulctetur? Aut quam dabit homo permutationem animae suae?

Hebraicus. Quam dabit quisquam.

ALTER TEXTVS.

Marc. 8. n. 36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animae suae faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?

Luc. 9. n. 25. Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?

EXPOSITIO III.

VNCTA Dominus ratione connectit, & disponit; & nunc reddit rationem superioris sententiae, cur, scilicet, qui in hoc saeculo saluam facit animam suam, in futuro eam perdet, hoc indicat in textu illa particula. Enim. Dicitur Quid prodest homini, seu, ut habet Graecus, quid iuuat, seu Vatablus, profuerit, Si vniuersum mundum lucretur, si in hoc saeculo vniuersa mundi bona totius Orbis dominationem, opus, delicias, dignitatesque acquirat, anima vero sua detrimentum patiat, seu, ut habet Graecus, iacturam fecerit, D. Lucas scribit, Se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat, in futuro saeculo priuans se regno caelorum, addiditque manens aeterno supplicio: illa enim mundalia, sunt externa, & breui transeunt; quae autem ad animam spectant, intrinseca existunt, & in perpetuum perseverant.

78.

Graecus. Vatablus.

Lucas.

Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua, quam compensationem, aut pretium, seu, ut habet Graecus, permutationem, dabit homo, ut à gehennali damnatione liberetur? Theophylactus, Vatablus, Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam? cuius damnum in altero saeculo est irreparabile. Egrege ponderauit Ioannes Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus Orat. de Cruce. Aduerte, quemadmodum non dixerit: Quam dat homo commutationem pro anima sua? sed quam dabit? Tunc enim non habebit, quod det. Cuius rei non nescius dolosus hostis noster, semper mulcet nos vita suauitatibus, tempusq; paulatim procrastinando suffuratur, ut ita tardantes ad penitentiam abripiat nos superueniens, quando non est, qui redimat, neque qui saluum faciat. Non dicitur, quam dat homo, sed quam dabit? nam in praesenti saeculo, dum tempus est operandi, temporalibus suauitatibus procrastinando exegat hominem aduersarius noster, ne penitentiae incumbat. At vero in futuro saeculo, quando iam visus est expeditus à sensibus, nec habet homo, quod det, nec est, qui saluum faciat, tunc dabit? Demus ergo, cooperando bonum, dum tempus habemus.

79.

Graecus. Theophyl. Vatablus.

Xiphilinus.

In futuro saeculo quando non est tempus homo de salute cogitat.

Qv

QUESTIO XII.

Quare dicitur, Quam commutationem dabit homo pro anima sua?

80. Ir Christus Dominus in praesenti, Quam dabit homo commutationem pro anima sua? Anima enim hominis omnem compensationem, ac omne pretium superat; empta est enim pretioso sanguine Christi Domini. Proindeque omne damnatum mundi vitae, honoris, diuitiarum, ac voluptatum, post habendum, ac contemnendum est, ut saluti animae consulamus, ac Christo adhaereamus. Vnde ait Paulus Rom. 8. num. 38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Charitate Dei, quae est in Christo Iesu.

Omnia mundalia, contemnenda pro anima salute. D. Ambrosius lib. de bono mortis cap. 51. Exiguis tibi, inquit, totus terrarum Orbis est pro vniuersa anima dispendio. Euthymius in Psal. 48. Pro vniuersa hominis anima vniuersus mundus sufficiens pretium non est. Ex quo ait Paulus ad Philipp. 3. n. 8. Propter quem, scilicet Christum, omnia derelinquimus, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Ut stercora Graeci Patres Chrysostr. Theophylactus, Theodor. Bernard. in Alleg. Gotfridi Tilmani in Ecclesiastic. 22. n. 2. cum illis, quae ibi dicuntur, De stercore bouum lapidatus est piger. Quid est, quod de stercore, seu aristas bouum lapidatur piger? De paleis, ac stercore bouum, quae sunt mundalia bona, quae comparatione spiritualium, sunt veluti arista, ac stercora, percussit ac obruit piger in via suae salutis. Sic ait citatus Bernard. His ergo stercorebus lapidatur piger, quia eas, scilicet mundalia, amplexatur, & Christum lucrifacere negligens, corde vacuo, & deserto foras cogitur euagari. D. Gregorius lib. 15. moral. c. 3. Qui ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud, quam de bouum stercore lapidatur?

Bona mundi veluti arista.

Bernard.

Gregor.

82.

Iob. 1.

Gregor.

Thom.

Peneda.

Corael.

In compara- tione anima omnia bona parum.

Odon.

Contra laudatam iustitiam, probitatem, ac virtutem Iob obiicit Satan, quod ipse multis bonis, quibus abundabat, vallatus, ac circumdatus extabat. Deinde ait Deo: Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quae possidet. Iob. 1. num. 11. Sub illo aduerbio paululum intelliguntur à Damone omnia terrena bona, quibus florebat Iob, ut interpretantur D. Gregorius lib. 2. moral. cap. 6. D. Thomas, Peneda, Cornelius, & alij. Acti diceret Satan. Extende aduersus eum manum tuam, auferendo, & detrahendo ab illo ea, quae ei dedisti. Ex quo mihi oritur difficultas Cur opulentia Iob, diuitiae, regnum, ingentes armentorum possessiones, numerosa filiorum turba, sub hoc nomine paululum comprehenduntur? Quomodo tot, ac tanta paululum dicuntur? Cum enim illa vniuersa, totum scilicet regnum, tot greges, ac filij, essent bona corporis, & non animae, essentque mundalia, & non spiritualia, omnia illa paululum, ac paruum, & exiguum etiam ab ipso Damone iudicantur, ac reputantur. Accipe S. Odonem lib. 2. moral. Paululum manum postulat extendi, cum exteriora appetit conteri, quia facere multum non se putat, nisi cum animam sanctam, ut feriendo eam à caelesti patria renouaret.

Hoc argumentum pertractans Eusebius Emifenus homil. 1. in natali vniuersi martyris, sic loquitur: Si diceretur tibi, sis hoc mense diues, & potens, facias, quidquid velis; utere carnis voluptatibus, sicut placet, ea tamen conditione, ut tibi oculi postea eruantur, omne solatium tollatur, & toto tempore vita tua in fame, & siti, in omni cruciatu, & miseria vivas: nunquid tale illud bonum cum hoc temere susciperes? Et quidem tota haec vita, nec mensis est, nec vnius diei, vel hora spatium ad illius aeternae felicitatis comparationem, cui miseria neque finis est, neque similis imminet. Vide tom. 2. cap. 19. quaest. 7. num. 36. 37. & 38.

83. Euseb.

Matth. 16. num. 27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

VERSIONES.

Syriacus. Futurum est enim, ut veniat filius hominis in gloria Patris sui cum Angelis suis sanctis: & tunc respondet unicuique secundum opera eius.

Euthymius. Iuxta id, quod operatus est. Arabicus. Secundum operationem suam.

Vatabl. Theoph. Iuxta facta eius.

ALTER TEXTVS.

Marc. 8. n. 31. Qui enim me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera, & peccatrice, filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis.

Luc. 9. n. 26. Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc & filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.

EXPOSITIO IV.

POSTquam dixerat Dominus supra: Quam commutationem dabit homo pro anima sua? Subiungit: Filius hominis venturus est in gloria Patris sui. Acti diceret, ut vult Maldon. douatus, Quid dabit homo pro anima sua, & si multum daret. Habent tamen homines iudicem Christum: qui cum venturus sit in tanta gloria Patris sui cum suis Angelis, bonorum nostrorum non indiget, ac proinde, cum tam diues sit, nullis muneribus parietur subornari. Adeo frequens est apud homines, ut iudex corumpatur, quod cum Christus personam iudicis agit, expresse de se attestatur, nullis donis esse subornandum.

84.

Maldon.

Apud homines iudices saepe corrumpuntur.

D. Hieronymus, & D. Paschasius lib. 8. in L. 4. Matth.

85.

Hieron. Paschal.